

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Reuerencia m
cum fonte primo

Multum egerunt qui ante nos fuerunt
sed non peregerunt. Suscipiendi tamen
sunt et ritu deorum colendi.

Quam uenerationem preceptoribus meis
debeo, eandem illis preceptoribus
generis humani a quibus tanti boni inicia
fluxerunt. Si consulem uidero aut
pretorem, omnia quibus honor
haberi solet faciam: equo
desiliam, caput adaperiam,
semita sedam. Quomodo ergo Marchum
Catonem, Lelium
Sapientem et Socratem cum
Platone in
animum meum sine dignatione summa
recipiam? Ego illos ueneror et tantis
nominibus assurgo.

Seneca LXV. epistola.

Multum egerunt qui ante nos fuerunt,
sed non peregerunt. Suscipiendi tamen
sunt et ritu deorum colendi. Quidni ego
magnum virorum et imagines habeam
incitamenta animi et natales celebrem?
quidni ego illos honoris causa semper
appellem?

Quam uenerationem preceptoribus meis
debeo, eandem illis preceptoribus
generis humani, a quibus tanti boni inicia
fluxerunt. Si consulem uidero aut
praetorem, omnia quibus honor
haberi honori solet faciam: equo
desiliam, caput adaperiam,
semita cedam. Quid ergo? Marcum
Catonem utrumque et Laelium
Sapientem et Socraten cum
Platone et Zenonem Cleanthenque in
animum meum sine dignatione summa
recipiam? Ego uero illos ueneror et tantis
nominibus semper adsurgo.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 64, 9-10 (L. Reynolds
ed., vol.1, p.175, ll.2-14).